



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De variis afflictionum effectibus. 105.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

proximum lædamus. Ipsi enim
primi mortem ex eo capiemus.
Et illos quidem forsan parum læ-
demus: ipsi verò non amplius
viuemus quemadmodũ neque
hoc animal.

De variis afflictionum
effectibus.

105.

AD primum è paleis ictum grauis exit arista:
Excudit at paleam, fortius icta, leuis
At grano quæ spica caret: nullo icta flagello,
Quæis tegitur, paleæ relinquere vela potest.
Sic pius aduersis ictus mundum illico linquit:
Tardius ille, minus qui pietatis habet.
Qui vero pietate vacat, non ictibus vllis
Et mundum & somnum deseret ille suum.

SCHOLIA.

Hom. 3. in Mat. oper. imp. Ad primum è paleis) Chryso-
stomus de variis effectibus agens,
quos tribulatio pro varia eorũ,
in quos incidit, qualitate, profer-
re solet, hanc similitudinem ad-
ducit. Sicut plenum granũ, mox

enim
emus.
um le-
nplius
neque
n
:
Costo-
gens,
eorū,
ofer-
a ad-
mox

vt leuiter percussū fuerit, de pa-
lea sua exilit foras: si autem
subtile fuerit, tardius egreditur:
quod si vacuum fuerit, nunquā
egreditur, sed illic conteritur
cum palea sua, & ita cum paleis
foras iactatur: sic omnes quidem
homines in rebus carnalibus
delectantur, sicut grana in pa-
lea. Sed qui fidelis est, & boni
cordis habet medullam, mox vt
leuiter tribulatus fuerit, negli-
gens quæ sunt carnalia, currit
ad Deum. Si autem modicè in-
fidelior fuerit, cum grandi tri-
bulatione vix recedit, & vadit
ad Deum. Qui autem infidelis
est & vacuus, quantumuis con-
tritū fuerit, sicut granum va-
cuū de palea non egreditur,
sic ille de carnalibus rebus & im-
pedimentis mundialibus nun-
quam egreditur, nec transit ad

Deum, sed illic in malis constitutus conteritur, vt cum infidelibus, quasi cum paleis foras proiiciatur. Atque in eandem sententiam Augustinus de hoc extremo hominum genere verba faciens, eos in hac esse conditione scribit, vt vix vnquam sanari possint. Cùm amatores inquit, seculi huius intueor, nescio quando possit esse ad eorum animos sanandos opportuna sapientia. Quando enim res velut prosperas habent, fastu respuunt salubres monitus, & quasi anilem reputant cantilenam. Quando autem in aduersis agunt, magis cogitant euadere vnde ad presens anguntur, quam capere vnde curentur, & vnde perueniant, vbi angere omnino non possint.

*Epi. 82.
ad Larg.*

De vi humilitatis.